



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



2.

PRINCIPIA
RERVM NA-
TURALIUM

PUBLICE DISPUTATA,
IN CATHOLICA ET CELEBRI VNI-
VERSITATE DILINGANA,

PRÆSIDE

IOANNE BERNARDO
SOCIETATIS IESV, PHILOSO-
PHIÆ PROFESSORE ORDI-

NARIO

RESPONDENTE

GEORGIO KNEPFLER RAVENSPVR-
GENSI SVEVO, PHILOSOPHIÆ BAC-
CALAVREO, THEOLOGIÆ MORALIS ET
METAPHYSICÆ STUDIOSO.

ANNO CIC 150. XXXI. die Decemb.

Cum Facultate Superiorum.

D I L I N G Æ
Operis CASPARI SVTORIS.

**REVERENDISSIMO ET AM-
PLISSIMO PRAESVLI.**

FRANCISCO
**CELEBERRIMI IMPE-
RIALIS BENEDICTINI COE-
NOBII WEINGARTENSIS DIGNIS-
SIMO ANTISTITI**

**DOMINO SUO SUMME
AMANDO ET COLENDO.**

**PUBLICAS HAS DE RE-
RVM NATVRALIVM PRIN-
CIPIIIS THESES**

*In publicum grati animi, debiti Amoris
honorisque Argumentum*

DICAT, DEDICAT

Insimus Cliens

GEORGIVS KNEPFLER.

THESIVM PHYSICARVM DE RERVM NATVRA- LIVM PRINCIPIIS

PRO O E M I U M .

Dicitur initiationi huius, quam de principijs naturalium Rerum inscripsimus, alia quadam, de quibus alias extra librum primi Physicorum agi soleat, consolite insperimus, tum ut plenior esset Principiorum Cognitio, tum uberioris argumentationis gratia: Venerum autem Philosophorum milles iam auditos, nullisq; explosos Errora hic tam unuc racobimus vel idcirco etiam, quia ijs olim tam ridiculae philosophantibus vix hodie prudenter irasci possemus, nata (ut Seneca lib. 6. natural. qq. c. 5. loquitur) noua omnia erant primò tentantibus, post eadem limata sunt, & si quid inuentum est, illis nihilominus referri debet acceptum, cum magni animi res fuerit nature lecerbras dimouere. nec villa res consummata sit, dum incipit; Aristoteles igitur nostrasq; tantum sententias prolatari, primò de istis principijs in operam, tum deinde de ipsis in particulari loquuntur.

THESSIS I.

Aristoteles 1. Physic. t. 42. ait, Principia rerum naturalium esse ea, que neq; ex alteris, neq; ex alijs, sed ex his oinuis sunt. In qua definitione, litera mouet Philosophis significatio particulæ Ex ter hic positæ, varia enim, ut habetur Metaph. t. 29. illâ particulâ significari possunt & vero etiam solent, 1. habitudo causa Efficientis, hinc dicimus, ex arbore fit pomum, ex conuictio pugna. 2. habitudo causa materialis, sic dicimus, ex zre fieri stauam, ex ligno Mercurium. 3. habitudo termithi à quo, sic aiunt, ex nocte fieri diem. 4. habitudo partis componentis, vt cum dicit, ex animâ rationali & corpore fit Homo. 5. habitudo & successio temporis, sic ex Bacchanalibus fieri Thargelia c. l. dixit Aristoteles. quemam ergo habitudo per particulam Ex ter hic positam significatur? hac in re.

II. Assentior Toleto i. phys. c. 9. XI. aduers. 3. Marc. ibid. d. 4. q. 2. alijque apud hos citatis, qui docent, per particulam illam Ex primo & secundo loco positam hinc connotari habitudinem partis componentis, seu partis essentialis physicæ, ut sensus sit, principia rerum naturalium, neque ex se inuicem, neque ex alijs fieri tanquam ex parte physica essentiiali, licet enim Materia prima, & formæ materialis constent tam partibus integrantibus, quam Metaphysicis, scilicet genere & differentiâ, haec tamen partes non sunt physicæ, nec illæ essentiales: similiter licet formæ Materialis educantur ex materia, non tamen fiunt ex eâ tanquam ex parte physica essentiiali, sed tanquam ex subiecto: Posita vero illa particula Ex tertio loco, significat habitudinem vel partis essentialis physicæ, vel termini à quo. Denique allata definitio conuenit primariò principijs collectiū sump̄tis.

III. Eodem sexto 42. docet Philosophus Principia Rerum naturalium iam definita esse Contraria, quam Aristotelis doctrinam non intelligas de omnibus omnino principijs, quomodo enim sibi contrariari possunt materia & forma, quæ tam amicè in eodem cohabitant compagno? sed tantum de aliquibus, videlicet de formâ & eius priuatione, atque adeò hęc propositio, *Principia sunt contraria*, est indefinita, vt mox Toleto i. Phys. q. XI. neque interpres illud Philosophi dictum de positiuā contrarietate, quæ inter terminos duntaxat positivos v. g. albedinem & nigredinem &c. reperitur, sed de contrarietate priuationâ, ut habet communis apud Marc. i. phys. d. 4. q. 2.

IV. Quia vero omnis mutatio est transitus à non esse, ad Esse, idcirco omnis generatio quatenus est Mutatio, tria in suo conceptu essentiiali inuoluit. Subiectum, quod transit à nō esse ad Esse, formam, ad quam ut ad terminum transitur, & Priuationem, à quā ut à termino transitur, consequenter nec Vnum tantum nec infinita etiam erunt resulta naturalium in fieri Principia, sed tria, Videlicet, materia, forma & priuatio. ita Conimb. hic c. 7. q. unica. a. 4. Rub. c. 7. q. unica, & alijs communiter; è contra vero quila composita naturalia in facto esse duas duntaxat inuoluunt partes essentiales, etiam duo duntaxat erunt principia Rerum naturalium in facto esse, nempe Materia & forma; iuxta quam geminata nostram Assertionem explicabis Aristotelem i. phys. t. 67. dicentem, *Quocirca est quidem ut duo dicenda sint principia, est autem ut tria*. Hęc de principijs in communi, nunc de ijs in particulari.

V. Atque in primis dari de facto Materiam primam tam evidens est, quam evidens est, dari de facto transmutationes substantiales, in quibus necel-

necessariò manere debet eadem numero materia, tanquam idem commune Subiectum utriusque formæ Corruptæ ac genitæ, alioquin ocanis productio forms erit Creatio, & omnis corruptio erit annihilatio: hinc secte Aristoteles i. phys. t. 68. manifestum est. inquit. quod operat Subiecti aliquid (scilicet materiam primam) contrarijs. Assignat autem duplices materiz primæ definitiones Philosophus, negatiuam unam, alteram positivam, negativa habetur 7. metaph. t. 8. his verbis. *Materia per se ipsum nonne quid* (subintellige completam) *utq; quantum, utq; quale* *aliquid est eorum, quibus Ens determinatur*, vnde colliges materiam primam nec esse accideas prædicamentale, nec Substantiam completam, & per consequens nec in illo directè ponи prædicamento.

VI. Positiuè autem & clarius sic describitur i. phys. t. 62. *Materia est Subiectum primum uniuscuiusq; ex quo sit aliquid, cum insit non secundum accidentem, et si Corrumperit aliquid, in hoc abibit ultimum*. In qua descriptione per Vocabulam *Subiectum* distinguitur materia à formâ, per voculam *Primum* significantur materiæ inherere ultimâ omnia accidentia, per illud, *Cum insit*, excluduntur tam priuationes quam cause extrinsecæ, per illas Voces, *non secundum accidentem*, vel distinguuntur materia prima à nonnullis accidentibus, quæ eadem numero remanent in genito, quæ fuerant in Corruptio, ut sunt Qualitates symbolicae Elementorum, vel excluditur materia, ut cum Album sit dulce, per illa denique, et si corruptior aliquid, in hoc abibit ultimum, significatur manere eadem numero materia in resolutione Compositi, quæ fuit in Composito.

VII. Est ergo Materia prima ingenerabilis, cuius rationem, hanc dat Aristoteles cit. t. 62. *Sed enim fieri, inquit. subiectum aliquid oportet primum, ex quo inexistens fuit, hoc autem est ipsum natura, quare erit antequam fieri; quasi diceret, eo ipso quod materia sit primum subiectum uniuscuiusque geniti, impossibile est, ut ipsa materia generetur, si enim generaretur, non esset primum subiectum, sed fieret ex alio præsupposito subiecto, adeoque esset. antequam esset. Cur autem materia prima sit incorruptibilis, hanc assignat rationem Rub. i. phys. tract. i. q. 9. n. 63. Materia, inquit, non est producibilis ab aliqua causa 2. sed solum à primâ per Creationem, ergo ab ea solum conservatur efficienter, quare solum posse defiuerere per subtraktionem concursus eiusdem, sed constat primam causam non subtrahere suum concursum, nisi aliqua secunda causa talium subtraktionem postulat, non est autem aliqua causa talium subtraktionem postulans, cum à nulla causa secundâ pendeat in fieri, aut in conservari, ergo non subtrahetur ei talis concursus naturaliter, acq; adē per seipm. materia prima debet duratio.*

VIII. Cum itaque materia prima quoad partes suas nec ab Angello, nec ab illo alio creato agente vi creatâ produci aut corrupti possit, rectè aiunt *Coni. c. 7. q. 1. a. 2. can. à sole Deo per Creationem incipere. & per annihilationem definire.* Dixi autem signatè quoad partes suas Materialia primam esse ingenerabilem & incorruptibilem respectu agentis Creati, quia de Indivisibilibus materiæ tam Copulantibus quam terminantibus tamothi dici possit ea concreari à Deo ex debito quodam partium præexistencium materiæ conservatarum conseruatione creatuâ, tamen non minus probabiliter defendi potest cum *Suarez in metaph. disp. 40. scđ. 3. n. 57.* ea per resultantiam produci à partibus materiæ, nec talis actiuitas materiæ primæ est deneganda: Sunt autem hæc indivisibilia materialia Subiectum inhesionis Indivisibilium Quantitatiuorum.

IX. Si ex speciebus Sacramentalibus ob vetustatem vel aliam hominum incuriam corruptis nascantur Vermes, non carent sanè omni materia illi Vermes, ut opinatum fuisse *Henrie. quodlib. 8. q. 36. & Vigen. rium in Summâ v. g. de Eucb.* testatur *Suarez l. 3 in 3. p. d. 57. scđ: 3.* neque etiam materia prima in hoc casu generatur ab agente creato aliquo, ut sensisse *Richardum d. 12. a. 3. q. 2. afferit Suarez l. c.* Sed in illo ipso instanti temporis, in quo pro Vermis v. g. formâ sunt ultimæ dispositioes introducetæ in quantitatem specierum, creaturæ materia prima (vel alia numero, vel eadem) reproducitur quæ ante consecrationem subfuit illis speciebus) à Deo, è quâ deinde à causâ naturali sive particulari sive universalis in eodem temporis instanti educitur forma Substantialis nova, ut optimè c. l. Philosophatur Suarez.

X. Præterea cum certum sit formas materiales v. g. ligni, aëris &c. quotidiani mutationibus interire remanente eadē numero materiæ sub virtusque compositi formâ recte inde colligit. *Rub. l. 1. phys. tract. 1. q. 3. & Pererius l. 5. c. 13.* materiam primam habere propriam Essentiam & existentiam (licet partiale) distinctam ab Essentiâ & existentiâ forma, tum quia alijs toties interiret materia, quoties forma materialis interit, tum etiam quia materia prima creatur, formæ autem pleraque generantur & educuntur ex potentia materiæ, signum ergo manifestum est, materia prima Essentiam & existentiam distinctam esse ab essentiâ & existentiâ formæ. Idem indicium esto, de partioli subsistentiâ materiæ, quamvis hoc ad metaphysicam potius quam buc spectet.

XI. An materia prima sit pura potentia, an vero etiam actum aliquem includat, controvexitur, quod ut decidam, supponendum est ex *Mendoza d. 2. scđ. 2. s. 12. & alijs Recentioribus quadruplicem dari potentiam*

tentiam. & quadruplicem actum. 1. datur potentia aliqua actua Aeternalis, quæ ponitur in 2. specie qualitatis, ut potentia intellectiva, visiva, auditiva &c. cui potentia responderet actus accidentalis productus ab illâ potentia actuâ, ut v. g. est actus intellectivus. 2. datur potentia purè obiectiva, huiuscmodi potentia est omne id, quod quidem nondum existit, potest tamen existere, sio se habet rosa in hieme; huic potentia respondet actus entitatis, & est id, quod actu extra causas suas existens habet aliquam Entitatem. 3. datur potentia purè Subiectiva, seu passiva, & est id, quod omnium formatum est receptaculum, cui potentia respondet actus formalis, qui est forma informans. 4. denique genus respectu differentiae, essentia respectu existentiae, natura respectu subsistentiae dicuntur potentiae Metaphysicae, differentia vero, existentia & subsistentia, actus metaphysici appellantur: quo supposito.

XII. Dico Materiam primam non esse huiuscmodi potentiam, actum, nec actu huic potentia respondentem, nec etiam esse potentiam purè obiectivam, sed esse actum Entitatum, ac includere actu metaphysicum, tametsi ea sit pura potentia Subiectiva & nullo modo actu formalis. Quæres, an materia prima sit essentialiter potentia Subiectiva? Respondeo 1. cum Merc. 1. phys. diffat. 5. quest. 3. duplicem esse potentiam subiectivam, unam remotam, radicalem, seu uniuersalem, quam habet materia secundum se præcisè accepta abstrahendo à quibuscumque dispositionibus pro certâ formâ introducenda, propter quam materia dicitur esse in potentia remotâ ad hanc, vel illam formam recipiendam: altera vocatur potentia proxima seu particularis, quam habet materia non secundum se præcisè accepta sed prout connotat certas quasdam dispositiones, quibus imbuta est pro hac vel illâ determinatâ formâ recipienda, secundum quam dicitur materia esse in proximâ potentia ad hanc certam formam. Respondeo 2. materiam primam essentialiter esse potentiam remotam, ut docet Aristot. bic t. st. materia prima, inquiens, secundum suipius naturam (seu Essentiam) est aperte ut appetat formas, non autem essentialiter esse potentiam proximam, cum profecto accidat materia dispositam esse certis accidentibus.

XIII. Porro cum forma, vrdicitur 1. phys. t. st. sit distinctum, pulsabile, bonum & appetibile quid, & è contra materia prima sit quid deformis & turpe, mirum non est, formam à materia appeti. Dubium tamen est, quo appetitu materia prima appetat formas elicito, an innato? Resp. innato appetere, non elicito; cum enim materia prima secundum

dùm se careat voluntate & appetitu sensitivo, non poterit formas elicere desiderare appetitu, sed solum innatu, qui est quædam naturalis inclinatio ac propensio rei inanimatae in alterum tanquam bonum : hoc autem appetitu innato fertur materia prima indiscriminatim & æquabiliter in omnes omnino formas Substantiales tanquam in actus sibi maximè proportionatos, nec magis ad hanc quam illam formam ex se determinatur, sed hæc determinatio ab agentibus naturalibus prouenit, quæ materiam varijs certisque afficiunt dispositionibus ; Vnde.

XIV. Deduces 1. materia primæ non magis arridere nobilem, quam ignobilem formam, sed potius à materia iam habente formam, nobilissimam. v. g. animam rationalem, appeti adhuc formam ignobiliorē, tum quia materia prima secundūm se caret cognitione, quā tantum prædicta entia unum bonum cum altero conferunt, ut si tamenque pta altero eligunt, tum etiam quia forma ignobilior absolute bonum quid est, ac proinde quid appetibile, licet secundūm annexata priuationem maioris nobilitatis. & secundūm quid, si aliquod malum, tum denique quia nobilissima etiam forma, licet quodammodo intensius expletat materię appetitum, non tamen explet extensiuè, maius est autem bonum materię esse successiuè sub pluribus formis, quam unum tantum semper esse attigaram.

XV. Deduces 2. à materia primâ appeti etiam formas aliquando habitas, & iam corruptas, vt rectè concludit Mendoza d. 2. scđt. 3. §. 36. tamen si enim forma semel desperitæ ac corruptæ non sunt amplius Virtute creati agentiis reproducibiles vt cum communi docet Rub. 2. de gener. cap. XI. q. 1. n. 17. remanet tamen adhuc in materia primâ potentia ad eas recipiendas, si ea ab agente saltem increato reproducerentur, potentiam autem hanc comitatur appetitus ad eas recipiendas. Deduces 3. illas quoque formas, quas de facto habet, à materia appeti, non quidem appetitu desiderij; sed complacentiæ metaphoricas, vt ait Mendoza l. o. §. 34. desiderij enim appetitus connotat absentiam boni, non autem appetitus complacentia.

XVI. Tamen si materia prima corporum naturalium numero sit multiplicata secundūm multiplicationem numericam corporum sicut naturaliter coexistentium, est tamen ea in omnibus corporibus sublunariis. (immo & cælestibus, vt rectè sentit Melin. 1. p. tract. de opere o. diuinum diff. 5.) eiusdem speciei infimæ; experimure enim eandem numero materiam manere sub diuersissimis formis, v. g. eadem numero materia, quæ prius fuit sub formâ carnis humanae (dum cadaver hominis cuius-

equispiam in sepulchro computarescit) manet deinde sub formâ terra, floris, bouis depascentis florem, &c. non ergo à materia, sed à formâ originatur distinctio essentialis compositorum naturarium: neque nobis aduersatur Aristoteles, qui i. phys. t. 60. ait, *opere semper aliquid subiecti, quod sic & hoc, et si numero est unum, et forma quidem non unum, &c.* Vox enim illa *Forma*, non sumitur hinc pro specie, sed pro formâ substantiali aut accidentali, eadem quippe materia prima modò hâc, modò illâ informatur formâ.

XVII. Non placet illorum opinio, qui, ut videre est apud *Conturb.* i. phys. c. 9. q. 6.4.3. docuerunt materiam primam Ab initio Mundi conditi, vt etiam in Morte Christi, omni penitus formâ destitutam extitisse, sed potius probabilissimum est, à condito orbe ad nostra usque tempora nunquam materiam primam extitisse omni formâ substantiali orbata;

quin nec orbari omni forma substantiali naturaliter ea potest, est enim hæc agendum naturalium (quæ ornatum & perfectionem amant) perpetua lex, & consuetudo ut nunquam spolient materiam primam formâ substantiali, nisi confessim in locum deperditæ formæ aliam substituant, aut solum partiale relinquant.

XVIII. Per diuinam autem potentiam absolutam potest materia prima existere in rerum naturâ sine omni prorsus formâ substantiali tam totali quam partiâ, vt sechè aduertit *Fonsac.* 5. Metaph. c. 2. q. 3. scđt. 2. & certè si Quantitas potest per Dei potentiam absolutam existere sine omni materia, vt cum communis docet *Suaroz* in metaph. disp. 40. scđt. 2. n. 8. cur non etiam materia prima per eandem Dei potentiam absolutam possit existere sine omni formâ substantiali? cum non minus accidens aliquod predicamentale (quale est quantitas) exigat coëxistentiam subjecti, seu materij, quam exigat materia coëxistentiam formæ. Sed quæsiles, an actio illa quâ Deus materiam primam sine omni forma substantiali conseruaret, efficit eandem quæ ante? Resp. fore eandem actionem secundum se; aliam tamen secundum connotatum & modum, quia extraordinarium & insuetum est, actionem conseruatam materij non simul habere annexam concursum Dei conseruatuum etiam formæ coëxistentis.

XIX. Separauit itaque Deus formam substantialē v.g. Ignis à sua materia, poteritne illa materia affecta prioribus accidentibus quantitate, calore vt 8. fuscitate vt 6. &c. ignem producere in charta sibi debito applicata, vt causa principalis? Resp. non poterit. Sed poteritne calcinare chartam hanc? Resp. calorem quidem illam in materia relictum,

actum in chartam, materia tamen ipsam, cum non sit activa actione et transente (ut patet, ex Arist. 2. de gen. t. 53. Vbi ait, *papi natus & moneri materia est, agere vero & mouere, alterius potentia*) non poterit in hoc casu propriè dici calefacere, neque materia aquæ calcacta post separatum à se formam substancialem posset se reducere ad pristinum frigus. Quid si autem Deus separat formam substancialem lapidis, qui è fundâ emisus ad destinatam volat metam, continuabène materia haec suum motum? Resp. affirmatiuè.

XX. Si materia v. g. ligni priuata diuinitus formâ substanciali injiceretur igni, non video cur ille ignis non possit naturaliter introducere formam ignis in illam materiam, non quidem expelleretur in hoc casu forma aliqua positiva per advenatum nouæ formæ, hoc tamen generatio- nis conceptum essentialè non impedit. quia in alijs omnibus Generationibus ordinarijs illa Expulsio prioris formæ se merè per accidens habet, ut ex communi docet *Marc. 1. phys. d. 4. q. 3. ad 3.* Quid autem fiet lapide v. g. duos pedes & alto, & lato & longo, si Deus ab illo humi incende quantitatem vel solam, vel unam cum formâ substanciali separaret, confluere necessariò in punctum, an adhuc aliquam retineret extensionem? antequam Resp.

XXI. Supponendum est 1. ex Suarez in metaph. d. 40. sect. 4. n. 17. Essentiam & rationem formalem Quantitatis considerare in radicali extensione locali cum impenetrabilitate. 2. impenetrabilitatem actualē, sicut ea tantum prouenit à sola quantitate, ita etiam reperiiri in eo solum corpore, in quo actu ipso est quantitas. 3. sicut actualis localis Extensio sine impenetrabilitate non à sola oritur quantitate, sed à Raritate quoque & densitate, ita eam reperiiri posse etiam in corpore non affecto quantitate, his suppositione.

XXII. Respondeo 1. Illum lapidem bipedalem (sive materiali lapidis bipedalem) post ablatam diuinitus quantitatem & gravitatem, non necessariò collapsum in punctum Mathematicum, sed mansurum adhuc actualiter localiter (licet penetrabiliter) extensem, sicut ante ablatam quantitatem erat extensus. Resp. 2. huiuscmodi lapidem à nullo homine naturaliter posse comprimi in punctum aut globum. Resp. 3. si post ablatam quantitatem (vel formam etiam substancialem) relinquatur adhuc gravitas in illo lapide, tunc fore quidem illum lapidem longum & latum, sicut prius, non autem fore Moratiter alatum, sed in seipsum & in unam quasi superficiem subsellirum, in modo per quæcumque interposita materialia obstatula ad ipsum usque terræ centrum delapsum.

XXIII. Ad extremum tria adhuc notatu digna circa materiam primam obserua. 1. illi conuenire definitionem materie allatam ab Aristotle. 2. phys. s. 3. vt ipse testatur Aristotle. s. Metaph. s. 5. dum dicit: *materie est quod huius* (scilicet motus) *& sustentans, natura dicitur.* 2. Materiam exercere causalitatem causa materialis respectu Unionum de formarum materialium non recipiendo entitates earum, sed sustentando earum actionem productiuam, hinc tametsi anima rationalis secundum suam Entitatem recipiatur in materia, non tamen depender à materia tanquam à causa materiali, quia videlicet actio productiva anime rationalis non sustentatur à materia. 3. Materiam primam esse Subiectum iunctionis immediatum quantitatis, mediatum reliquorum accidentium sensibilium absolutorum v. g. albedinis, frigoris, non quod illa accidentia peculiari Vnione inhæreat materie, sed et ipso quodd suis unibus sint vnta quantitati, etiam temore censemur inhaerere ipsi materie. Atque hoc de primo rerum naturalium principio.

XXIV. Alterum principium generationis, sive Rerum naturalium inferi, est Priuatio, de qua potissimum quinque quarti solent. 1. quid sit Priuatio. 2. quotuplex sit. 3. quanam priuatio sit principium generationis. 4. quomodo. 5. quando principiet. Ad 1. Resp. cum Mendoza diff. s. 6. 1. 5. 1. Priuationem esse Carentiam formæ à subiecto apto: unde patet, tria requiri ad priuationem: 1. carentiam seu absentiam formæ, 2. subiectum, 3. aptitudinem in subiecto ad recipiendam illam formam. quæ abest: est autem Primitio formaliter sumpta neque Ens strictè reale, vt per se constat, nec, etiam Ens rationis actuale, cujus sit nemine concipiente, sicut enim tenebris noctu sunt, etiam nemo de ioco cogitet aut somniet, ita etiam Priuatio formæ ignis est in ligno, tametsi nullus homini si de ea cogitet. Aristotle vero, quando alicubi dixit, Priuatione sensu percipi, intelligendus est, quod negatiæ noa positione percipiatur sensu, si enim oculis sanis & aperiatis nulla visibile obijciantur, dicimus nos nihil, siue tenebras, videre.

XXV. Ad 2. Resp. tametsi in genere quæcumq; tantum una sit priuatio, in specie tamen tot sunt priuationes specie diuersæ: quod sunt formæ oppositez specie diuersæ; hinc secundum communem Philosophorum divisionem, alia priuatio est forma substantialis, alia formæ accidentalis, alia priuatio adæquata, quæ est absentia totius formæ, alia inadæquata, quæ est absentia non totius formæ, sed partis tantum, cuiusmodi insufficiens priuatio est, v. g. umbra Hominis ad solem ambulantis; alia item priuatio est proxima, alia remota, remota illa est, quæ repertitur in materia non disposita, atque huiusmodi remota priuatio sufficeret ad

generationem extraordinariam, ut si Deus materię primę nullis penitus dispositionibus positius informat vnit formam ignis dependenter à materia. ut causa materiali: Priuatio proxima male dicitur esse ea, quæ reperitur in materia simpliciter proximè disposita, cum enim in illo instanti generationis, in quo materia simpliciter proximè est disposita ad nouam formam substantialē, iam adsit noua forma, impossibile est in materia simpliciter proximè disposita reperiri vñquam priuationem illius formæ, melius ergo diceris, illam esse priuationem proximam, quæ non reperitur propinquior in materia legitime disposita pro formâ substantiali, sive, esse eam, quæ immediate antecedet instans generationis.

XXVI. Quemadmodum autem, in communī Philosophorum sententiā, immediate ante hoc generationis instans datur aliqua pars temporis, de quæ adæquate sumptā verum est dicere, hac parte non dari partem propinquorem ipsi instanti generationis, cum revera hæc pars temporis sit immediata ipsi instanti. tametsi ipsa pars temporis sit in minores minoresq; particulas, Syncategorematice in infinitum diuisibilis, ita etiam in hac ipsa parte temporis immediate antecedente ipsum instans generationis reperitur priuatio proxima, quæ licet in minores minores, quæ priuationes sit diuisibilis, sicut partē temporis, cui respondet priuatio, diximus esse diuisibilem, tamen de hac priuatione sumpta adæquate verum est dicere, hac priuatione non dari propinquorem, cum immediate post hanc partem temporis & post priuationem hanc respondentē ipsi parti temporis adsit noua forma substantialis, & consequenter iam absit priuatio per primum sui non esse. Ex quo apparet Resp. ad 3. quæsitionem, videlicet Generationis naturalis & ordinariæ principium esse Priuationem proximam, non remotam, proxima enim in ordinariæ Generationis definit instanti, non remota.

XXVII. Ad 4. Resp. Priuationem principiare definito tantum, non positiuè influendo. Ad 5. Resp. Priuationem exercere rationem, principij non ante, sed in ipso instanti Generationis, tunc enim exercet rationem principij quando per primum sui non esse definit, hoc autem sit in instanti Generationis, in quo primo adest noua forma, & primò abest priuatio huius formæ, ergo in instanti exercebit rationem principij Priuatio; noua vero forma sui priuationē expellit non per impulsū aut contactū physicum, sed in genere causæ formalis. Dixi autem sui Priuationem &c. quia tametsi plurimæ dentur priuationes in ligni materia, v.g. ipsius ignis, aeris, Vermis, plantæ, &c. tamen sola priuatio formæ ignis, dum ē ligno sic ignis, expellitur, & hæc sola est principium huius Gene-

Generatio[n]is, aliz omnes se morè per accidentem habent, ut docet *Meng.*
s. phys. diff. 4. q. 3. ad 5.

XVIII. Dari in compositis materialibus formam substantialis physicam (quae est tertium generationis principium) nemo poterit negare; 1. quia alias tolleretur distinctio essentialis Compositorum physicorum, per quid enim obseero differet aer ab igne, terra ab aqua, lapis a ligno, si nulla datur forma substantialis? an per materiam primam? atque qui haec in omnibus compositis physicis est eiusdem speciei, ut docuimus Thesis 1.6. an per accidentia sola? sed haec non dant essentialis distinctionem substantijs, non enim Homo Europaeus & Aethiops propter diuerfissima, accidentia albedinem scilicet nigredinem, specie essentiali inter se differunt. 2. quia evidens est, dari præter accidentales mutationes v. g. calefactionem, dealbationem &c. etiam mutationes substantiales v. g. ignefactionem, ergo admittenda est forma substantialis, quae sit terminus ad quem mutationis huius substantialis. 3. aqua contra suam naturam calefacta se reducit ad pristinum frigus, sed unde qualem hoc emanabit frigus, si nulla forma substantialis aquæ concedatur? 4. denique cum certum sit Hominem constare formam substantiali, satis probabile inde ducitur argumentum, in reliquis quoque Compositis physicis reperiri formas substantiales.

XXIX. Posito ergo quod detur forma substantialis, sic eam commodiè cum *Cosmib. 1. phys. cap. 9. q. 10. a. 1. Tôles, ibid. q. 19. co[n]cl. s. Describes.* Est actus formalis substantialis Vnum per se cum materia constitutus; dicitur 1. actus formalis, ut distinguatur a materia, quæ tantum actus entitatius est, non formalis; dicitur 2. Substantialis, ut distinguatur a formis accidentalibus; dicitur 3. Vnum per se constituens cum materia, ut distinguatur ab Angelis, qui nequeunt cum materia in unius compositi naturam venire, ut aiunt *Cosmib. l.s.* Vnde colliges formam solam non esse totam essentialiam seu quidditatem Compositi physici, sed partem quoque eius essentialiem esse Materiam, ut expressè docet *S. Thom., 1. p. q. 75. a. 4. in corpore.*

XXX. Graues autem hinc occuruntur difficultates, si, ut diximus, materia prima est pars essentialis compositionis physicorum. 1. est, materia prima successivè secundum suas partes potest absesse a composite, ita ut remaneat idem composite, ergo materia non potest esse essentialis pars compositi, illa quippe est pars Essentialis, quæ sublatâ per se tollitur Composite. Antec. autem probarur, Marshalem quispiam ultra non-genuos vivens annos multas quotidie partes materiae primæ deperdit in

deachuit monstis Caloria, atque in caruadam locum alias aliisque nobis partes materie ex cibis sumptis & consumptis acquirit, ita ut in senio iste Mathusalem nullam penitus amplius habeat partem Materie primas, quam habuit in pueritia, & tamen idem numero manet Homo in senio, qui fuit in pueritia. 2. est, materia eadem numero sive essentialia in eis composita, nam materia ouis deuorata à Lupo, sit pars essentialis Lopi, quæ fuit antea pars essentialis Ovis. 3. In extremo iudicio non poterit vaivique homini sua pars essentialia attribui, filij enim illius materia quem mater ut habetur 4. Reg. 6. coxit & denoravit, transiit in partem essentialiem deuorantis Matris, ergo in communis Resurrectione, vel filius, vel mater carebit materia seu parte sua essentiali &c. sic respondeat S. Justino philosopho & martyre in quest. Gentilium. Argumentabantur olim Gentiles adcludendam Carnis resurrectionem, &c.

XXI. His & similibus in speciem plausibilibus, ut occurras, argumentis, aduerte 1. duplices reperiuntur partes in homine aut alijs animalibus, spermaticas & aliam uitias, spermaticæ sunt illæ, quæ vi feminis habentur, & haec sicut non acquiruntur ex alimento per nutritionem, ita non facile perduntur per calorem natum. etiamque Homo mille superuertit annis, aliæ pentimuntur sicut ille, quæ ex alimento animalibus adgenerantur, atque haec quotidianis mutationibus suis obnoxiae dum hoc tempore percepit a nutritione animali adhuc vivere, alio tempore ab eod. animali virtute audiuit caloris iterum discordare & expirare. Aduerte 2. Haec ipsæ alimentariae partes in Materie, sicut animali iam in seâ Essentiali complete constitutæ primæ sunt superuenient, ita etiam Essentialis eius non ingreditur, spermaticæ vero & partes sicut ad animalis constitutionem concordantes in genere causa materialis, ita etiam animali sunt Essentialis, non quidam omnes, sed aliquarum determinatæ haec vel ille: his animaduertis.

XXII. Ad 2. Difficultatem Resp. Mathusalem non gentiles etiam anni viventem naturam semper seruantur spermaticas partes, si quæ essentialiam habent Hominis maniforem, adiquatè eandem usque ad extreamum vitæ halitum; hoc tamen addiderint, si quocunque casu extraoritur dicatur fieri, ut aliquot Hominis omnes omnino partes spermaticas etiam in senio deperderent, talis hominem adiquatè & physicè non esse cum dendicendum, quæstanter, sed tantum inadiquatè & moraliter. Ad 3. Resp. ex ipso quod illa materia, que omni antea fuit essentialis, tandem alienari tam partem vicem subeat in Lupo, non futuram Materiam, ouiamque Lupo Essentialiem; Ex quo patet quoque Resp. ad 3. Difficultatem, filij scilicet denorati materiali non fieri Essentialia Matris deuoranti

cotti, hinc in extremo iudicio nulla fieri materialium confusio, quia ille ipse Deus, qui ut dicitur *Lac.* 12. Omnes & singulos Capitos numeratos habet, etiam omnes & singulas materias nostras particulatas in numerato habet, redditurus in communis illa Resurrectione easdem (si non omnes omnino, saltem potiores & sufficientes pro statuta corporis in omnem eternitatem seruanda) uniuersum ad eternam vel gloriam vel panaram.

XXXIII. Commune & verum est Philosophorum Effatum, formas omnes materiales tam Substantiales, quam accidentales, educi ex potentia materiarum, sed quid est formam educi ex potentia materia? Resp. nihil aliud esse, quam formam dependere in suo fieri a materia tanquam a subiecto praexistenti, & concurrente in genere cause materialis; similiter quando diximus, formas materiales contineri in potentia materia, sensus est, quod in materia prima sit potentia, seu potius quod materia prima sit talis potentia, a qua illae formae materiales tanquam a subiecto praexistenti & concurrente in genere cause materialis dependere possint in fieri. hinc apparet, falsam esse illorum Veterum opinionem qui credebant, in quacunque materia latitare quarumcunque formarum semina, & particulas; in quarum evolutione, & in lucem quasi productione, formarum materialium educationem constituebant; quos recte refutat *C. Thom.* 7. p. q. 45. art. 3.

XXXIV. Quare, an in priori Thesi incluserimus etiam formas Colorum inferiorum & Elementorum, cum diximus, omnes formas educi ex potentia materiarum? Resp. affirmatiuè; ubi obserua dupliciter sumi educationem 1. pro productione formae dependenter a materia ut ex materia materiali, sive materia tempore praexisterit, sine natura tantum prius. 2. pro productione formae dependentis a materia, ita ut materia tempore praexisterit: Probabilius ergo est, formas Colorum & Elementorum esse educitas ex potentia materiarum, colorum quidem inferiorum sicut etiam aeris & ignis 2. modo, formas autem terra & aqua 1. modo educationis, teste *Salieno Tom. I. Anno Mundi primo, die 2.* si tantaque Creationem presicè accipias pro productione rei ex nihilo, sive ex nullo presupposito subiecto, non poterunt dici creatæ formæ colorum & Elementorum, sed Generatæ, quamvis latè dici possint creatæ, quo sensu omnes res extra Deum creaturæ sive creatæ dicuntur.

XXXV. Quamvis naturaliter una tantum forma substantialis totalis informet, aut informare possit eodem tempore eandem aumero materialiam, fieri tamen per diminam potentiam absolutam potest, ut duz,

plurēm formis substantiales tota ex eisdem numero materiam simili informat, videntur Sacerdos in proposito diff. 15. scil. 10. n. 60. habet enim quilibet forma substantialis sicut etiam compositionis effectus. primarium & secundarium primatus est compositionis compositum, secundarius est, veterem formam expellere, tametsi igitur Deus non possit impedire primitū effectum. vt si delicit forma substantialis potius unita materiae non constitutus compositum, potest tamen impeditre secundum effectum, vt sci- licet à noui formā non expellatur yetus forma. Sed, èstne materia in- formata simul tribus formis totalibus substantialibus v. g. Leonis, & dr- conis, capre &c. dicenda proprie Chymica, & Encyclopedie fictitium & Resp. negatiue.

XXXVI. Porro forma substantialis non unitur per seipsum im- mediate materiae, sed, ut Supradiff. 14. in proposito. scil. 6. Rub. 3. physi- cae. 3. n. 11. Marci. 1. phys. diff. 14. 3. & 2. d. 3 q. 3. p. 5. docent, mediante unione, non geminā, sed unā unicā, qua sit modus materialis substantialis, subiectuē in h[ab]itu (h[ab]et videlicet dictā in h[ab]itione) materiae, ter- minatiuē seu adhesiuē se habens ad formam. eo ferè modo, quo copula lanaliquod inuisibile quantitatis in h[ab]itu seu subiectuē est in individu- bili materiae, adhesiuē autem in partibus Quantitatis. Unitur autem, h[ab]itio substantialis ipsius partibus seipso, non per aliam Unionem, ne- stat processus in infinitum, nec à formā, sed à causa extrinseca, scilicet à Generante, producitur.

XXXVII. Controversia denique non levis est, an huiuscmodi h[ab]itio substantialis creari possit? alij ajunt, negant alij, mihi placet sen- tencia affirmativa, quam amplectitur Petrus Hurtado de Mendoza diff. physica XL de Cratione scil. 5. §. 92. nam tametsi si de Essentiā Unionis (v[er]o spore modi), actu existentis, vt actu dependeat à materia tanquam à Subiecto aut in h[ab]itionis latè dicta aut informationis, non tamen est de- cius essestia, vt dependeat à materia tanquam à subiecto Educationis, quae sola ultima dependentia impedit Crationem non v[er]o prius. Ex quo rege cocludeat cum eodem Mendoza diff. 6. de compos. scil. 4. §. 46. tosum compositionis physicum posse creari, cum non sola materia & forma, sed etiam h[ab]itio (ex quib[us] tribus compositionum exurgit) creari possit.

Omnia ad Matorem Dei, Deciparæq[ue]
Virginis gloriam.